

except. except. 2. num. 3., & 6., tanto magis quando, qualitas non solum aggravat delictum, sed immutat speciem, & constituit in specie atrocior, ut est ista sacrilegii; Bertazol. consil. 50. num. 5., & 6., & Consil. 196. num. 2. lib. 1., Surd. Consil. 33. n. 3., & Consil. 131. nu. 25. lib. 1., Sperell. decis. 102. num. 11.

65 Neque relevat quod dicitur pro parte Fisci, constare sufficienter de ista qualitate sacrilegii per presumptiones Juris, & de Jure, quia qualitas ista per presumptiones non sufficienter probatur ad effectum imponendi poenam ordinariam legis ad allegata per Farinac. Consil. 76. per tex. in l. 2. §. sed si dubitentur ff. de Judic., sed plene est probanda, ut ex pluribus ostendit Sperell. decis. 101. num. 21. Conciol. V. Qualitas dicta resol. Unica num. 7.

66 Quousque autem probari potest nullitas Professionis, resultat possibilis praesumptio non qualitatis sacrilegii, quae possibilitas sufficit, ut non verificetur concludenter, & plene probatum, seu constare qualitatem sacrilegii, Bertazol. Consil. 283. nu. 6., Rota apud Farinac. tom. 1. consil. 75. nu. 67., & coram Pirovano decis. 519. num. 10. in fine p. 2. recent., & facit tex. in c. In praesentia de donat., quia data tali possibilitate, probationes non concludunt per necesse, neque sunt luce meridiana clariores, ut requiritur l. sciant cuncti C. de probat., Can. sciant cuncti 2. q. ult., Farinac. q. 86. n. 6., Guazin. defens. 33., cap. 14., sive Judex precedat per Inquisitionem, sive per accusationem, Guazin. d. c. 14. sub num. 1., Conciol. V. Probatio resol. 3. nu. 2., tanto magis ubi agitur de poena ultimi supplicii, & habet locum maxime contra Fiscum, ut notat Barbosa in cap. in praesentia num. 19. de donat. Vers. intellige in Civilibus per tex. in l. non hoc C. unde legitimi, sicuti regula est, quod non potest dici constare de non Jure alicujus, quamdiu de eo docere potest, Rota coram Seraphin. decis. 555. num. 8., & ex pluribus allegatis per Garziam de Benefic. p. 5. cnp. 1. num. 46., & seqq.

67 Hinc est, quod Decian. dicto lib. 6. cap. 20. num. 8. refert in praxi habuisse casum, & probasse nullitatem professionis, & propterea obtinuisse, tam in prima instantia, quam in gradu appellationis in Urbe Roma, Monialem non condemnari in poenam

ordinariam.

69 Sicuti neque relevat, quod contra hos reos sit praesumptio Juris, & de Jure, quae non admittit probationem in Contrarium, nam id verum in Judicio ordinario, secus extraordinario, quale est per restitutionem in integrum, quia impetrata probari potest etiam contra praesumptionem Juris, & de Jure ex communissima D.D. sententia, Barbosa ad cap. 19. Trid. supra num. 8., & 9., & in Votis decisivis Voto 40. num. 8., Corrad. praxi dispens. lib. 5. cap. 14. num. 15., & 16., ubi quod frequenter practicatur, & num. 43., Alex. in l. si inter stipulantes §. 1. num. 3. ff. de Verb. Oblig.

69 Sicuti remedio hujusmodi extraordinario succurritur contra sententiam, quae transferit in Judicatum data rationabili causa, l. si Mater ff. de except. rei judic., idem à pari arguitur etiam contra praesumptionem Juris, & de Jure, Corrad. dicta praxi dispensat. lib. 5. cap. 14. n. 35., Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 37. n. 22., Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 60. num. 1., & 2., Mascard. de probat. q. 10. num. 67., Odd. de restit. in integrum p. 2. quaest. 72. art. 1., & art. 4., ad late allegata per Scacciam de appellat. q. 19. remedio 2., à num. 1., & seqq., & de sent., & re judicata glos. 14. q. 32. num. 69. 70. 71., ubi hoc esse remedium extraordinarium, quod habet locum, quando cessant remedia ordinaria, & facit dispositio tex. in cap. coram de in Integrum restitutione, ubi post terminum peremptorium lapsum Ecclesiae denegatur audienti in Judicio ordinario, sed adhuc in Judicio extraordinario auditur remedio restitutionis in integrum data justa causa ex Clausula illa (si qua mihi Justa causa) Cerro Decis. 93. num. 2., & 3., & decis. 398. num. 1. decis. 487. num. 1.

70 Ita pariter sequitur, quod propter Beneficium restitutionis in integrum, quod una via erat denegatum, altera via conceditur & hoc modo limitatur reg., cum quid de reg. Jur. in 6., & inter fallentias enumerat glosa in dicto cap. cum quid, ex quibus constare videtur omnino assignandum esse terminum habilem ad reportandam hanc restitutionem in integrum adversus lapsum Quinquennii, eaque reportata assignandum esse terminum Judicio prudentis habilem; infra quem probationes faciat quascumque vult, & potest, & idem reclamare

mare posse docet Diana p. 3. tract. 2. resol. 53. 62.

71 Nec interim potest expediri Causa pro parte Militis Socii Criminis, nam si infligatur poena legis allatae esset irreparabilis, & tamen si contingat, quod Monialis probet nullitatem suae Professionis, non esset locus illi poenae ordinariae, sed tantum extraordinariae, eo quia non verificaretur qualitas requisita à lege, nempe sacrilegii, quia ubi Persona non est Deo immutabiliter sacra, ut dictum est supra, ibi non est sacrilegium, nec sufficit quod illa haberetur pro Moniali, & deferret habitum religionis, quasi hoc modo intelligatur tex. in c. si quis rapuerit Aurb. de Sanctissimis Episcopis Collat. 9., quia ubi constaret, quod ex defectu legitimi consensus, prout quando vi, aut metu professionem emisit, tunc cessaret omnino poena ordinaria, sicuti habens copulam cum Coniugata cujus Matrimonium erat invalidum, ex defectu legitimi consensus; tunc cessat poena ordinaria Adulterii ad tradita per Farinac. q. 41. num. 63., sicuti etiam evitatur excommunicatio, quando quis percutit Cajum, quem reputat Clericum, & habet intentionem percutiendi Clericum, eo quia ille deferrebat habitum, & tonsuram, & communiter denominabatur Clericus; revera tamen nec ordinibus; nec prima Tonsura erat insignitus, Sayr. de Censur. lib. 3. cap. 26. num. 10., & latius cap. 27. sub num. 6. Vers. at verò, quia non debet judicari in foro externo secundum intentionem, sed secundum quod fecit, ad notata per Panormitan. in cap. si verò 4. num. 7., & ibi addentes de sent. excom. Alterius de Censur. Disp. 12. lib. 5. cap. 5. Vers. Quares, si quis intendit, ubi in responsione de eo qui intendit percuttere Episcopum; vel Clericum, quia talem credebat, & tamen non est, idem non incurrit; quia lex restringit suam dispositionem ad actum in Personam talis qualitatem habentem, nec aliter lex poenalis debet intelligi, quam secundum proprietatem Verborum.

72 Neque sufficit, quod Monialis deferat habitum religionis; nam habitus non facit Monachum, sed sola Professio cap. porrectum de regular., ubi glosa in Ver. non faciat, cap. consulto qui clerici, vel vocant., Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de Disciplina

Cleric. §. 15. num. 10., solum delatio habitus facit praesumptionem, quae tollitur per contrarias probationes, Coccin. decis. 1555. num. 5., & decis. 1831. nu. 6., Cerro decis. 730. num. 2., nec dicitur violare sponsam Christi, qui copulatur non valide professa, nam tunc dicitur nupta Domino, quando emittendo vota substantialia Religionis valide profitetur Coccin. decis. 1379. n. 37.

73 Neque obstat, quod in praecipua lege, & Can. (Si quis non dicam vapere) puniantur etiam sola attentata; primò, quia haec dispositio solum habet locum in attentato raptus, qualis, non verificatur in nostro casu, cum miles, nec rapuerit, nec ullam vim, immò nec suasionem, aut deceptionem, aut promissionem adhibuerit, sed sponte fugientem assotiauit; Secundò, quia etiam in delicto raptus si rapta sponte revera consentiat, & tanto magis quando ipsa suadet, & sollicitavit raptorem tunc non intrare poenam ordinariam raptus, scripsit Farinac. q. 145. nu. 131., quae mirabiliter aptantur casui nostro, nam asserta Monialis, ipsa in suo examine exponit, se sollicitasse militem ad se assotiaandum fugientem, ad hoc pecunias quaesivisse, & militi dedisse, & pluries, ac pluries eum renuentem suadere conatam esse, & in sui amorem trahere muneribus, comestibilibus, pecuniis aliisque donariis; unde videtur concludendum non intrare poenam ordinariam legis praecipua ad Farinac. q. 146. num. 13.

74 Nec verum est, quod pro parte Fiscus dicebatur, nunc agi ad dissolvendum Vinculum spirituale, agitur enim de probando non esse contractam hoc Vinculum, ex notatis per Abbatem in c. ex parte num. 12. de restit. spoliatorum, quando enim contractum est Vinculum, tunc intrat illud Evangelii, Quos Deus coniunxit homo non separet, secus si Deus non coniunxit, ut contentundum Rei probare in hoc casu.

75 Quod verò causa nullitatis non sit verisimilis, & dato quod fuisset à principio, non est probabile, quod duraverit per decem, & octo annos, prout requiritur ad effectum, ut nunc obtinere valeat restitutionem in integrum, satisfit enim, eo quod concesso termino habili si potuerit impetrare, & probare, quod intendit sibi proderit, secus autem tunc cessaret possibilitas in

id contrarium, & verificaretur constare de re delicto, cum suis qualitibus, sed non ante.

76 At hoc dato, quod scilicet non impetret restitutionem in integrum adversus lapsum Quinquenni, vel ea impetrata nequeat probare nullitatem concludenter, prout requiritur, adhuc tamen superest contra Fiscum exceptio, quod non verificentur in Reo actiones per Verba legis significata propter quas imponitur poena ultimi supplicii; certum est enim, quod in poenalibus Verba legis intelligenda sunt strictissime, & in propria significatione, ad allegata per *Sperell. decis. 103. num. 10.*, *Farinac. q. 13. onum. 40.*, & in potiori significatione, *l. 1. h. paragrafo qui in perpetuum ff. si ager Vegetig.*, sicut alii allegatis per *Guazin. defens. 29. cap. 92. num. 13.*, actiones autem expresse in legibus, quibus inicitur Fiscus, sunt (*Rapuerit, Sollicitaverit, Corruerit*, quas fautor sufficere, quod disjunctive verificentur, propter dictionem aut; attamen in Processu non habetur, quod iste miles rapuerit Monialem, neque sollicitaverit, quin potius contra habetur, scilicet, quod Monialis ipsa sollicitavit Militem, ut ipsa ex se falsa est, & revera ita creditur in factum, superest ergo difficultas in verbo corruerit, quia cum Miles habuerit copulam post fugam cum Moniali, quae per antea honeste vivebat, videtur verificari corruerit.

77 Attamen verbum *Corrumperet*, secundum proprietatem verbi, primo, & principaliter importat corrumperet in animo, mente, & moribus, & minus principaliter corrumperet in corpore: *D. Ambrosius relatus in can. revera 32. q. 5.*, ita ex *D. August. relato in can. Proposito 32. q. 5.*, ubi *Barbosa* ubi, quae deceptoris suo proposuit se supponere, mente est corrupta, sed integra corpore; ita seruum alienum, quis dicitur corrumperet, quando suasionibus malis deterioriorem facit, quo ad mores, puta ut furtum faciat *l. 1. ff. de seruo corrupto, l. si quis seruo alieno C. de furtis, & seruo corrupto, l. ut tantum S. 1. ff. de seruo corrupto*, ibi interest nostra animum liberorum nostrorum non corrumperet, & *glosa in explicatione tex. d. l. si quis seruo alieno, & in declaratione rub. ff. de seruo corrupto.*

78 Ita Judex dicitur corruptus pecunia, vel pre-

cibus, & muneribus, quatenus animus ejus de depravatur, ut recedat a recto, *Farinac. q. 111. num. 17.*, ita, & Notarius dicitur corruptus promissione, pecunia &c., si animus ejus flectatur, vel ad falsitatem perpetranda, vel ad acta vitanda, *Farinac. q. 111. num. 127.*, ita testis dicitur corruptus promissione, pecunia, vel alia re, *Farinac. q. 67. num. 236.*, si animo inducatur ad deponendum falsum, vel veritatem subtrahendam, ita, & mulier non corrumperitur corpore (sublata vi praecisa, quae invita per copulam corrumperitur corpus) nisi prius suasionibus, precibus, pretio, muneribus animus corrumperatur, hinc notatur differentia inter actionem de seruo corrupto in animo, & actionem de seruo corrupto in corpore, quod de corrupto corpore agatur virtute, *l. aquilia de damno illato*, ad illud verò de corrupto in animo agitur, virtute *l. de seruo corrupto*, ut post *glos. notat Oinotim. Instit. lib. 4. tit. 6. §. in duplum a num. 2.*, & pluribus ex sequentibus.

79 Miles autem in hoc casu non corrumperitur in animo Monialem, ut ex processu colligitur, quin potius ipse fuit a Moniali sollicitatus, & corruptus, suasionibus, muneribus, pecuniis, cibariis, promissionibus, plures enim, & pluries renuit ei consentire, immò expressit suam voluntatem de redeundo ad Patriam, ostendens se potius averfari, quam amore affici, & tamen Monialis semper restitit, ne discederet, sed suasiones, ac pecunias addidit, se nulliter professam affirmans matrimonium spondidit, ut tamen victus Miles importunis precibus, urgente Diabulo, corruptus cesserit, heu Miles armatus devictus a foemina imbelli.

80 Accedat consideratio, quam fuso calamo habet Justinianus in *Authent. de Lenonibus*, quod scilicet puellae, mulieres non currerentur corpore, nisi prius muneribus promissionibus, aliisque mediis suasionibus corrumperentur animo, & corde.

81 Tum quia lex si quis rapuerit, loquitur de masculo sollicitante, & corrumperente mulierem, quod frequentius accidit, non quando mulier sollicitat, & corrumperit virum, quod raro accidit, leges autem sunt de frequenter, non de raro accidentibus, *l. nam ad eam ff. de legibus, Zabarell. in cap. 1. num.*

1. num. de delict. puerorum.

82 Cum ergo Militi non conveniant verba legis, neque eidem convenit dispositio legis *l. 4. §. toties ff. de damno infecto, l. quo ad constitutum ff. de militari testan.*, cum pluribus aliis concordantibus allegatis per *Barbosam axioma Juris 136. num. 8.*, *Farinac. fragm. Crim. V. extensio num. 69.*

83 Nec potest verificari in contrarium auctoritas *Filippi Decii, Conciol. 305. num. 4.* dicentis, quod ex quo Monialis deferebat habitum religiosum, eandem cognoscens carnaliter dicitur commisisse delictum, pro quo a lege imponitur poena ultimi supplicii, ipse enimmet *Decius* subsequenter fatetur, quod suum assertum non est tutum, sed posse impugnari.

84 Sicuti neque possunt expugnari praedicta, afferendo significatum verbi (*sollicitare*) quod portat verbis, suasionibus, muneribus tentare animum; unde corrumperere debet importare quid diversum, cum non sint synonyma, igitur intelligendum sit de corruptione in corpore, quod Miles patravit habendo carnalem copulam.

85 Fateor, quod verbum *corrumperere* importet quid diversum a Verbo *sollicitare*, nempe *sollicitare* importat *suadere, allicere muneribus, promissis precibus*, etiam si nullus sequatur effectus, quatenus mulier sollicitata nolit consentire, sed resistat, & recuset, tunc mulier dicitur sollicitata ad turpia, sed non corrupta; ad allegata per *Bonacinam de Confessario sollicitante q. 6. puncto. 3. nu. 4.*; Ac propterea sollicitantes ad turpia, si effectus non sequatur, extraordinarie puniendi sunt, ut post plures scripsit, *Farinac. q. 144. num. 33.*, *Raynald. observ. Criminal. cap. 27. §. 2. num. 6.*, unde constat dari crimen sollicitationis effectu non sequito, ut de muliere sollicitata a Lena, quae noluit consentire: *Farinac. loco supra citato*, & in sacris scripturis *Genes. 39.*, Uxor *Putipharis* sollicitavit *Joseph* ad turpia sine effectu, quia non consentit; Unde *D. Ambrosius lib. de Joseph. c. 5.*, admirans exclamat, teneri veste potuit, animo capi non potuit, & *D. Jo. Chrysostomus homil. 62. in Genesim*, majus, & admirabilius miraculum reputat, quod *Joseph* a foemina sollicitatus non consenserit, quam quod tres patris in fornace Babilonica remidio ignis illesi evaserint. At *corrumperere* importat sol-

licitare cum effectu, id est, quod ille, qui dicitur corruptus animo consenserit, & sit depravatus, licet corpore non corrumperatur, habemus bonum tex. in *l. si quis seruo alieno C. de furtis, & seruo corrupto*, ubi si quis seruo alieno suaserit, ut aliquam rem domini sui furriperet, & ad se deferret, servus autem hoc domino manifestaverit, & dicitur, quod servus non dicitur corruptus iniquis suasionibus, quia minimè deterior factus est, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, nec obstat, quod ibidem lex concedat domino actionem servi corrupti, quia tunc agebatur de poena pecuniaria, ad quam facilius lex descendit, quod notat *glos. ibidem in Verbo extendatur*, ubi, quod in hac actione agit ad interesse tantum, & propterea extenditur, non sic ubi agit de poena ultimi supplicii, unde corrumperere differt à sollicitare, quia corrumperere importat effectum depravationis in animo, sollicitatio potest esse sine tali effectu, immò cum totali animi resistentia.

86 Nec obscure idem colligimus ex *l. 1. §. fin. C. de rapt. Virg.*, ubi quando Virgo consentit se in corpore violari, prius fuit animo corrupta, ibi (*nisi eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenierit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere*), & superius dixerat, quia hoc ipsum velle mulierum, ab insidiis nequissimi hominis, qui meditantur rapinam, inducitur, & in *§. in duplum*, ubi, & *glos. in Verb. deterior factus sit Instit. de action.*, ubi *Oinotimus*.

87 Ad haec notandus est modus scribendi *Sperell. allegata decis. 137. sub num. 26.*, ubi allegando actiones in *l. si quis rapuerit prohibitas*, dicit capitali poena subici, tam rapientem, quam sollicitantem, vel corrumperentem, & cognoscentem Monialem, ubi coniungit haec duo corrumperentem, & cognoscentem, tamquam duo diversa, unde non sufficit cognoscere, nisi praecedat corrumperere in animo, & ibidem *Sperell. interpretatur verbum attentare*, de quo in *l. si quis non dicam rapere, sed attentare C. de Episcopis, & Cleric.*; Attentare nempe pudicitiam Monialis, quae attentatio fit sollicitando, muneribus &c., praerequitur ergo semper, quod praecesserit haec attentatio, & sollicitatio ad turpia, quae nullatenus verificatur in Milite, de quo agimus,